

Serino

medius autem vestri scitis que vos nescitis. Quam nescio quomodo non sciat a spiritalibus sponsus spiritus. qui tamen ita in spiritu profecerunt ut possint dicere cum propheta. Spiritus ante faciem nostram christus dominus. et cum apostolo. et si cognovimus christum secundum carnem. sed nunc iam non novimus. Nonne is est quem sponsus querebat? Is vere est sponsus et amans et amabilis. Is (inquit) de sponsus. sicut caro eius vere est cibus. et sanguis eius vere est potus. totum quod de ipso est. vere est: quando ipse est non aliud est sane quam ipsa veritas. Verum is sponsus quid est qui non invenitur questus: cum requirat tam studiose et impigre. nunc quidem in lectulo. nunc vero in civitate. aut etiam in plateis vel vicis: ipse autem dicat. querite et invenietis. et qui querit invenit. Propheta quoque loquitur ad eum. Bonus es domine anime querente. Et iter sanctus Isaias. Querite dominum dum inveniri potest. Quomodo ergo implebunt scripturam? Neque enim que hic inducit querens: una est ex his quibus ipse ait. Queritis me et non invenietis. Sed attendite tres esse causas que interim occurrunt. et querentes frustrari solent. cum autem videlicet non in tempore querunt. aut non sicut oportet. aut non ubi oportet. Si enim omne tempus aptum est ad querendum. cur ergo dicit propheta. (quod iam memoravi) querite dominum dum inveniri potest? Erit absque dubio cum inveniri non poterit. et ideo addit. ut invocet dum prope est. quia futurum est: iam non prope futurum. A quo enim tunc non requiret? Sibi (inquit) curabit omne genus terre. Nec tamen inveniet ab impiis quos ultores angelus arebitur profecto. et tollent ne videant gloriam dei. Frustra inclamabunt et fatue virgines: proorsus iam ad eas erit clausa ianua. Sibi proinde dictum putent ille. queritis me et non invenietis. Letet nunc tempus acceptabile. nunc dies salutis sunt. tempus plane et querendi et invocandi: quando plerumque et antequam invocetur adesse sentit. Audi denique quid polliceat Antequam me invocetis (inquit) dicam. ecce adsum. Nec lauit benignitas hec et facilitas temporis quod nunc est illi qui in psalmo loquitur. desiderium pauperum fraudavit dominus: preparatione cordis eorum audivit auris tua. Quod si per bona opera querit deus. sed dum tempus habemus operemur bonum ad om-

nes. perit quia dominus aperte pronunciat venire nocte quando nemo potest operari. Tu ne aliud ad querendum deum: ad operandum quod bonum est regitur es tibi tempus in seculis venturis: preter hoc quod constituit tibi deus: in quo recordetur: Et ideo dies salutis. quia in his ipse deus rex noster ante secula operatus est saltem in medio terre. Ergo in medio et tu gehenne. ego expectabo salutem que facta est in medio terre. Quam tibi somnias proveniaturam inter ardores sempiternos facultatem veniam promerendi. cum iam transiit tempus misereri. Non relinquit tibi hostiam pro peccatis mortuo in peccatis. Non crucifigitur iterum filius dei. mortuus est semel: iam non moritur. Non descendit ad inferos sanguis qui effusus est super terram. Biberunt omnes peccatores terre. non est quod sibi ex eo vendicent demones ad restringendos focos suos. sed neque homines sicut demoniorum. Semel illo descendit: non sanguis: sed anima. et hec portio eorum qui in carcere erant. una illa visitatio que tunc facta est per presentiam anime. cum corpus pederet et anime super terram. Sanguis aridus rigavit. sanguis in fudit terras et inebriavit eam. sanguis que in terra et que in celis sunt pacificavit. Non autem que apud inferos nisi quod semel illo ut dicitur: anima eius excurrens. et fecit ex parte redemptiones. ne vel eo momento vacarent opera charitatis. sed ultra non adiciet. Ergo nunc tempus acceptabile et aptum ad querendum. in quo plane qui querit invenit. si tamen ubi et ubi oportet querit. Et hec una causa que impedire potest ne inveniat sponsus a querentibus se. cum non querit in tempore oportuno. At non ea impedit sponfam. nempe invocantem et querentem in tempore oportuno. Sed ne illa quidem cum repide aut negligenter seu perfunctorie querit. nam corde ardenti et omnino insatigabiliter querit. plane ut decet. Restat ut de tertia videamus ne videlicet ubi non decet querat. In lectulo meo quesivi quem diligit anima mea. An forte non in lectulo querendus erat. sed in lecto. quippe cui orbis angustus est: Sed non hoc lectulum quod novi puillum. Parvum denique nobis natus est. Exulta tu et lauda habitatio syon. quia magnus in medio tui sanctus israel. At isedonius in syon magnus. apud nos puillus